AD BIBL.
UNIVERS.
MONAC.

1524

De Euchariſtia hec infra ſcripta tuebuntur per Chunradum Thūman in celebri ſtudio Ingoldſtadn̄ viceſima ſecūda Aug.

1 ¶ Euchariſtie Sacramentū a Chriſto eſt ſub gemina ſpecie panis et vini inſtitutū.

2 ¶ Unde hodie ſub vtraqꝫ ſpecie cōfici debet ſacramentum: licet erret qui layco cō-
munionē ſub vtraqꝫ ſpecie neceſſariā exiſtimet. cōtra Huſſitas.

3 ¶ In aliquibus tamen eccleſijs olim Laycos cōmunicaſſe ſub vtraqꝫ ſpecie nō ne-
gamus: id tamen modo contra preceptum eccl'e layci abſqꝫ pcc̄o facere nequeunt.

4 ¶ Ita Chriſtus Euchariſtiā inſtituit: vt ſub hijs ſpeciebus corpus ⁊ ſanguis eiꝰ vere.
et nō ſub ſigno tantū ꝯtineantur: contra Berengariuꝫ.

5 ¶ In vino quidē inſtituit ſacramentū: cui aquā miſcuit xp̄s: quare errat Ludder aqꝫ
calici non miſcendaꝫ aſſerens.

6 ¶ Licet ſub duabus ſpeciebus ſacramentū ſit inſtitutuꝫ: vnū tamen vere eſt ſacra-
mentum.

7 ¶ Sicut Euchariſtia ſacramentum eſt dum ſumitur: ita et ſacrifitium in miſſa dum
offertur.

8 ¶ Errat itaqꝫ Ludder Zwingliꝰ ⁊ complices. dū in Miſſa oblationē fieri negant.

9 ¶ Unde Chriſtum ſemel in cruce oblatū realiter vt victimaꝫ: ſacerdotes quottidie
offerunt vt ſacrificiū Deo acceptiſſimuꝫ.

10 ¶ Hec enim eſt illa oblatio munda: quā Deus per Prophetas predixit offerendam
in omni loco. ꝑ Greciaꝫ et Aphricam.

11 ¶ Et adeo in Miſſa quottidie Euchariſtia offertur: vt qui id neget: precurſor ſit An-
tichriſti iuxta Danielis prophetiaꝫ: cuius tempore iuge ſacrifitiū ceſſabit.

12 ¶ Errant igitur omnes nouelli heretici qui Miſſam ſolū memoriam oblationis eſſe
affirmant. et non ſimul oblationeꝫ.

13 ¶ Euchariſtie cōmunionē ſalutarem ac viuificam dicimꝰ: modo accedēs iuxta Pauli
doctrinā/ primo ſe ꝓbet: et ſic de pane illo edat et calice bibat.

14 ¶ Quare impij ſunt et Spirituiſancto per S. Jacobū eccleſie loquenti rebelles: qui
ſolam fidem vl' ad iuſtificationē vel ad ſumendū hoc ſacramētuꝫ ſufficere magna
temeritate pronunciāt.

15 ¶ Quod et ſi Paulus hic Euchariſtiaꝫ/ panē nominauerit: errat tamen Ludder im-
pie cum aſſeclis: iudicans ſubſtantiam panis vere in ſacramento permanere.

16 ¶ Chriſto Euchariſtiam Apoſtolis ſuis poſt cenam exhibente. eccl'a recte ꝯſtituit eā
ieiuno ſtomacho a ſanis ſumendam.

17 ¶ Euchariſtiaꝫ in Azymo confecit Chriſtus/ qđ ſi in fermentato confici poſſit: tamē
conficiens in fermentato peccat. contra Grecos et Rutenos.

18 ¶ Formaꝫ aūt huius ſacramenti in Canone Miſſe poſitam. ex Apoſtolica traditi-
one ſolam eſſe ſufficientem aſtruimus.

19 ¶ Unde impius eſt et ter hereticus. qui canonem miſſe ab vniuerſa eccl'a receptum/
audet reijcere et improbare.

Soli Deo Gloria.
1 5 2 4.